Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

Te igitur.

filio suo non pepercit sed pro
nobis omnibus tradidit illum.
Quomodo non etiam cum illo omnia
nobis donavit? Et iterum. Deus autem
qui dives est in misericordia. propter ni
miam caritatem suam. qua
dilexit nos. et cum essemus mor
tui peccatis. convivificavit
nos Christo. Per hanc gratiam spiritum
adoptionis accepimus. quam
commendat apostolus idem dicens.
Sed accepistis spiritum adoptionis
filiorum. in quo clamamus
abba pater. Et ideo in hoc spiritu
adoptionis. qui postulat pro nobis
gemitibus inenarrabilibus. quia
eos quos replere dignatur in
enarrabili desiderio gemen
tes et postulantes facit. Clamat
sacerdos cum ecclesia non voce sed
corde dicens. Te igitur clemen
tissime pater supplices rogamus
et petimus. Que supplicatio.
et inclinatio cordis. ad dominum tan
te reverentie et humilitatis esse
debet. ut imitari queat illud.
quod de sua supplicatione apostolus
dicit. huius rei gratia. flecto ge
nua mea ad patrem. domini nostri
Ihesu Christi. ex quo omnis pater
nitas in celo et in terra nomina

tur. In qua flexione genuum.
non corporis prostratio. sed supplex
affectus. et cordis contritio in
telligitur. De qua psalmista
ait. Sacrificium deo spiritus contri
bulatus. cor contritum et hu
miliatum deus non despicies.
Secundum hec ergo [ad] dominum suppli
ces rogamus et petimus. et hoc
per Ihesum Christum filium tuum dominum
nostrum. per quem supplicatio et pe
titio nostra ad dominum dirigi debet.
tamquam per verum mediatorem
et eternum sacerdotem. qui sedet
ad dexteram patris. et inter
pellat pro nobis. Pro qua autem re
dicit sacerdos. ad dominum patrem
rogamus et petimus. insinuatur in eo
quod sequitur. Videlicet. ut ea
que ipsi offeruntur dona
munera. sancta sacrificia. accep
ta idem beneplacita habeat.
et bene dicat. Sacerdotum
est enim offerre. et maiestatem
dei invocare. dei est autem dig
nanter suscipere. et ea que of
feruntur benedicere. Sicut
in lege precepit sacerdotibus dominus
dicens. Sic benedicetis filiis
Israel. et dicetis eis. et post ver
ba benedictionis subiungit.

21